



PROPHASIS.

Cunctorum Plasmator Deus, ut totius Mundi machi-
 nam miro construxit ordine. Genes. 1. ita omnia in-
 feriora suo ordine gubernanda præcepit teste Apo-
 stolo 1. Corinth. 14. Omnia honestè et secundum ordine^m
 fiant in vobis. Ubi enim ordo non est, ibi est confusio. gloss.
in Authen. de Hæred. et Falcid. §. Inordinatum. qui si in
 omni loco, maxime in hac inclyta CC. DD. Sctōrum domo
 servari debet. Domus enim Scti (si Lucio Crasso apud
 Ciceronem lib. 1. de Orator. credimus) totius Civitatis
 oraculum est, tam divini, quàm humani juris doctissi-
 mum; in qua omnia ad amussim, omnia ad normam
 æquitatis, praxis antiquæ et laudabilis consuetudi-
 nis, quæ vim legis habet. can. Consuetudo. dist. 1. pera-
 gi debent. Quod ut exactius fiat statuta sequen-
 tia ab omnibus et singulis domum hanc inclytam
 CC. DD. Sctōrum nunc et in futurum Inhabitan-
 tibus sacrosanctè et inviolabiliter servanda
 sunt.

Stat.